UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor appretiativus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XVI.

AMOR DEI,

Amor gloriæ DEI.

UNam tantùm rem peto, Domine, unam deſidero; Gloriam tuam, honorem tuum; ut ab omnibus creaturis ſemper cognoſcaris, ameris, honoreris, lauderis, adoreris; id quod in oratione tua nos docuiſti; *Sanctificetur nomen tuum.* Quod non eſt aliud, quàm ut glorificeris, & æſtimeris ab omnibus pro eo, quod es in te ipſo ſummum & infinitum, immenſum & æternum Bonum.

Gloria tua, ô mi DEUS, ſit ſemper materia cogitationum mearum, ſcopus deſideriorum meorum, finis operationum mearum. Gloria tua ſit tota mea conſolatio, gaudium, jubilus, & exultatio animæ meæ.

O Gloria, quæ eſt vera gloria cauſa omnis alterius gloriæ! *Exultant Sancti in gloria*, hoc eſt in te: quia quantum te cognoſcunt, tantùm te amant: tantùm gaudent in te, ac de te. Et hæc eſt gloria illorum, Gaudere; Videre; Amare, ſummam Bonitatem tuam, infinitam Pulchritudinem tuam, æternam Majeſtatem tuam, ô Deus meus, meum unicum & ſummum Bonum. Tibi ſoli debetur gloria, omnis gloria, infinita & æterna gloria.

CONSIDERATIO XVII.

AMOR DEI,

Amor appretiativus.

QUis det mihi, DEUS meus, æſtimare te, ſi non quantum ipſe mereris, certè quantum ego poſſum ac debeo. Æſtimatio ſequitur valorem: tanti æſtimatur bonū,

quantum valet. O DEUS, ô magne DEUS, q
eſt valor tuus? quæ menſura magnitudinis tuæ?
inæſtimabilis, ineffabilis, incomprehenſibilis. Tu
comprehendis teipſum, tu ſolus ſublimitatem
tuæ cognoſcis.

O Dignitas infinita! tibi ſoli debetur infinit
tium & æſtimatio. Amo te ergo DEUS meus,
mando te ſemper ſuper omnia, ſuper omnem
ram cœleſtem, terrenam, atque corpoream. Pr
non modo præceptum & ordinationem tuam,
iam voluntatem ac beneplacitum tuum, omni o
tioni & voluntati creatæ.

Anima mea deſiderat in ſeipſa pacem, & qui
Sed *præfero voluntatem tuam*. Cuperem eſſe
ſortio Sanctorum, in Societate Angelorum,
vitam ſuperhumanam, & Angelicam: Sed
voluntatem tuam. Vellem in beata gloria
Divinâ tuâ præſentiâ: Sed & in hoc *præfer*
tatem tuam. Contentus ſum privari omni
prio bono, ut ſemper fiat beneplacitum tuum, &
ſima voluntas tua.

CONSIDERATIO XVI

AMOR DEI,

Amor extra DEUM extenditur.

DEſidero amare DEUM meum omni mod
poſſum. Amo eum intra, & extra ſe:
Potentia, amo in operibus: amo Creatorem
creaturas illius. Agnoſco in eis radium Luc
Participationem Eſſe Divini, effigiem Cauſæ
Divinitas Dei mei, cum immenſa luce exten
omnia, replet omnia: dat Eſſe, Vitam, & M
mnibus rebus.

Unde cum veritate dici poteſt, ipſum ſol
in mundo: Solus enim continet omne Eſſe, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN